



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 36. Quandonam amittatur spes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

ex illa intentione peccare, nihil est aliud, quàm se solvere à metu novæ & distinctæ erubescentiæ seu difficultatis in confitendo, & ideo peccare liberiùs & sæpius, quod non est præsumptio, ita *Tann. t. 3. d. 2. q. 1. n. 79.* & post illum *Burgh. cent. 1. cas. 31.* Si tamen peccans sibi promitteret tam facilè remissionem plurium peccatorum quàm unius, & ideo sæpius peccaret, esset præsumptio, uti rectè *Steph. t. 3. d. 2. d. un.*

*Q. 35. An detur parvitas materiæ in præsumptione.* R. Negant communiter omnes, sed *Bonasp. d. 4. n. 48.* affirmat, docens eum tantum venialiter peccare, qui ex præsumptione de bonitate Dei peccaret venialiter, aut in sequentem diem differret agere pœnitentiam circa peccatum mortale; neque contradicit *Steph. supra.*

*Q. 36. Quando nam amittatur spes.* R. Amittitur 1. per peccatum, quo amittitur fides, cum hæc sit veluti fundamentum omnium virtutum. 2. Per quodvis mortale spei directè oppositum, id est, quod directè tollit objectum formale spei, uti sunt positiva & efficax nolitio vel contemptus beatitudinis, neglectus mediorum ad illam, eò quòd judicetur impossibilis; dejectio animi ex eo, quasi Deus non possit aut non velit nos salvare &c. 3. Non amittitur directè per præsumptionem vel per omissionem actûs spei graviter præcepti, cum hæc præsumptio vel omisso directè non opponantur motivo spei.